



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Felice martyre. Cap[itulum]. xxx.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

**De sanctis in mense nouēbris occurrētibus Fo. cclxxij.**

exemplo quoque suo plurimos ad simile attraxerunt. Denique vir dominum leonardus multis claris virtutibus ad dominum feliciter migravit octavo idus nouēbris: circa annum domini quingentesimum. Sepultusque est in ecclesia dei genetricis quam ipse construxerat. Cum autem ibidem infinita miracula fierent: clericis illius ecclesie reuelatum est: ut quia locus ille propter multitudinis frequentiam concurrentem nimiam artus erat: alibi ecclesiam fabricarent: et eodem sancti leonardi corpus transferrent. At illivna cum populo: triduano seunio et orationibus inisterunt: quibus elapsis totam provinciam nite nima que ceciderat operam videret: locum autem in quo sanctum corpus quiescere volebat omnino vacuum conspiciat: ubi ecclesia de nouo fabricatur: et corpus eodem transportatur. Quanta hoc miracula per eum dominus faciat potissime circa incarceratos: immensa ferri varietas ante tumulum eius dependens: restis existit.

**De sancto Felice martyre.**

**Cap. xxx.**



**Felix** mar

tyr: apud Tunissaz ciuitatem aplice passus est. Qui a persecutoribus pro christi nominis confessione detentus: et carceri durissimo mancipatus: dum eum a tormēta differrent: orans ad dominum emisit spiritum octauo idus nouēbris.

Lusus corpus sequenti die exanimē repertum est: et a christianis condigno reconditum honore. In huius solennitate sanctus Augustinus episcopus psalmum quendam ad populum exponit: quem et in eius ecclesia publice predicauit.

**De sancto Felice monacho:**

**Cap. xxxi.**



**Felix** mo

nachus in monasterio fundens claruit. Qui magne sanctitatis vir erat: et eiusdem cenobii hortum colebat: fur homo quidam venire consueuerat: et ad ipsum hortum per sepe ascendere: et occulte olera auferre.

Eumque ille multa plantaret: que minus inueniret: et alta pedibus conculcata: alta direpta conspiceret: totum hortum circueiens inuenit iter vnde fur venire consueuerat. Qui eundem hortum deambulans reperit etiam serpentem. Qui precepit: vt se sequi deberet. Ad aditum autem furis perueniens: in nomine domini serpenti precepit: vt aditum illum custodiret: ac furem ingredi non permitteret.

Protinus serpens se in itinere transversum tetendit: et felix ad suam cellam rediit. Meridie ergo cunctis quiescentibus more solito fur aduenit: et sepe ascendit. Et dum in hortu pedem poneret: vidit quia serpens extrinsecus viam clausisset. Et tremens post semetipsum concidit: eiusque pes per calciamentum in sude sepi inhefit. Sicque donec hortulanus rediret: deorsum capite pependit. Qui ventens furem in sepe pendentem reperit: et deo gratias agens: serpentem licentiauit: ad furem quoque veniens: ipsum de dudus oleribus exportatis redarguit: pedem quoque illius a sepe dissoluit: eumque sine lesione deposuit. Olera etiam: que furto auferre conabatur: cum nimia dulcedine prebuit: eumque ne amplius furaretur admonuit: sed cum necesse haberet: ad eum veniret: quod ipse deuotus daret: que cum peccato tollere laborabat. Hic enim sanctus monachus clarus multis virtutibus migravit ad christum. Hec gregorius. i. dialogo. cap. iii.

**De sanctis decem martyribus.**

**Cap. xxxij.**



**Decem** mar

tyres in oriente apud ciuitatem theopolis passi sunt. Qui a saracenis comprehensi: christum dominum confitentes crucibus appensi: coronas martyrii a domino percipere meruerunt octauo idus nouēbris.

**De sancto profodocimo epo.**

**Cap. xxxij.**



**Profodocimus**

episcopus apud ciuitatem parauinam claruit tempore neronis imperatoris. Hic natione grecus nobilibus parentibus ortus literarum studiis eruditus: cum adhuc esset iuuenis cum mar

co euangelista et apollinare antiochiam adisset: et beato petro apostolo in discipulum se tradidit: atque cum presatis duobus discipulis vna secum tempore claudij imperatoris romam accessit. Cum autem a postolorum princeps beatum marcum misisset aquileiam et apollinarem rauēnam ad predicandum. Beatum quoque profodocimum annorum viginti in episcopum consecratum: licet satis ex humilitate recusantem: misit ad parauinam ciuitatem. Perueniens ad ipsam urbem: multitudinem laeguentium diuersarum egritudinum ante portam inuenit: quibus pacem annunciauit: et oratione ad deum fusa: omnes ab eorum infirmitatibus liberauit: eosque omnes ad christum conuertit.

**R**